

1901

H O M I L E T I C I

1902

lamo scriptus exhibet Sermones sacros hoc ordine: De Evangeliiis *Dominicarum* a III. post *Pentec.* usque ad XXIV. Praeposita tamen est *Dominica Octava Tertiae*, et sic incipit Orator: *Homo quidam erat diues &c. Luc. XVI. Dicitur Eccli 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula. Ecce diues iste de triplici macula hic reprehenditur &c. Sermo Dom. XII. fol. 29. habitus dicitur in margine a. 1467. Fol. 70. inquit alius Cursus ab Adventu usque ad Dom. XXIV. post. Pentec. jam non in solos Evangelicos, sed etiam in Epistolares et alios Textus, nec unius modo, sed plurimum etiam in eandem Diem Sermonum. Primus incipit: *Emitte manum tuam de alto, eripe me &c. Ps. 143. Ecce karissimi sicut naufragi in medio fluctuum &c. Fol. 292. sequuntur Sermones de Communi, ut dicitur, Sanctorum, quorum primus in illud: Duodecim fratres vno patre geniti sumus. Gen. 42. de Apostolis. Succedunt tamen etiam Sermo in Monialium Professione, de S. Clara, varii de Religiosis, Sacerdotibus, Praelatis &c. et postremus de S. Udalrico, humore, ut pae- ne Codex totus, multum vitiat.**

DCCXCVII.

R. 2160 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 232. f. per duas columnas caractere crasso luculento nitide perscriptus et rubricis ornatus *Homiliarium* est de praecipuis Ecclesiae per annum Festis,

et quamvis nullo peculiari titulo distinctum II. tamen *Libris* constans. Nam fol. 28. p. 2. Rubrica disertè edicit: *Plures sermones de quadragesima require in secundo libro sequenti*, et reipsa fol. 122. novus Ordo priori similis *Homilias* denuo ab *Adventu* usque ad *Dedicationem Templi* perducit. Erat fortassis in Operis fronte, quod divisionis hujus Lectorem moneret, sed enim II. primae Membranae improbe, quod dolendum, evulsae sunt ita, ut prima nunc Rubrica sit: *Item de epifania domini. Dabo initium Homiliae hujus: Diem apparicionis domini et saluatoris nostri celebrantes ipsum, qui lux apparuit de luce uotis omnibus nos conuenit exorare. ut radios gratie suae nobis clemens infundat, quibus inter caliginem errorum ad ipsum redire. et eum qui pro nobis panis uiuus descendit, in domo panis mereamur inuenire. &c. Autor non indiligenter quaesitus lusit operam. Monachum tamen D. *Benedicti* Regulam professum esse oportet; ita enim in decursu: *Et que est, que nos coronare et insignire debet uirtutum integritas et perfectio. nisi stabilitas nostra in monasterio. Probat hoc sanctus pater noster benedictus &c. Praeterea fol. 28. p. 2. habetur Sermo de sancto *Benedicto*, qui incipit: *Sanctissimi patris nostri &c. Neque id adfirmare possum, omnes Homilias, quae nullum Autorem praeferunt, et magno numero sunt, ad eundem Autorem pertinere. Sunt tamen fati multae, quae *Bernhar-****

H 3

do

1903

C O D I C E S

1904

do inscribuntur, et prima quidem jam fol. 6. p. 2. *Sermo de Purificatione beate marie uirginis*, incipit is: *Postquam impleti sunt dies purgacionis marie secundum legem moysi. ea que secuntur. i. tulerunt ibesum in ierusalem ut sisterent eum domino. Ideo non proponimus. quoniam eos ad quos hec pertinent docere non debemus. Ipsi enim doctorem habent deum. qui scientiarum dominus est. et ideo necesse non habent ut quis eos doceat. &c. Quinam vero hi? Angeli, qui nos finita purgatione Deo præsuntant. Nihil ejusmodi in *Editis Bernbar-di*, neque in *Festo Purificationis*, neque in *Festo Michaelis*. Idem dic de *Sermone sequenti in Purificatione* pariter *Bernbardo* tributo, cujus initium: *Quod celebramus diuina iuuante gratia eciam agere uellemus &c.* Idem de aliis sex per decursum *Sermonibus*, donec tandem in genuinum ejus *Sermonem II. de Adventu Domini*, qui incipit: *Audiuimus suadentem Regi Achaz &c. fol. 122.* incidat. Nota tamen inter *Sermone* ἀδελφότητος quosdam etiam reperiri *Bernbardinis*, ut est ille fol. 130. in *vigilia natiuitatis domini de sententia* (Maur. de pronuntiatione) *marthiologij. Sonuit vox leticie &c.* Atque haec de *Homiliarii* hujus indole notasse sufficiat; neque enim animus fuit excutere singulas *Homilias*, quod multae genium *Bernbardi* non saperent, et fortassis ex iis essent, quas *Mauriani* in *Editione recentiore Coloni.* et *Homeyano Patrum Supplemento* destituerunt,*

ne in spuriarum quidem *Classem* referentes, quibuscum *Codicem nostrum* penitius contendere poterit is, e cujus re fuerit. Illum in *Bobemia* aut scriptum, aut saltem olim versatum fuisse, e uoculis *Myla Maria* ad calcem *Homiliae fol. 9.* adjectis concludo.

DCCXCVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 206 cum Adpendice membranacea Sec. XIV. Folior. 108. 4. non una manu scripta Farrago est continens 1) post Fragmentum Initii *Geneseos* *Sermone* VI. de *Festo Dedicationis*. 2) *Martyrologium*, five breues *Memoriae Sanctorum*, de quibus per anni circulum officium fit in *Ecclesia*, auspican-do ab *Adventu. Aduentus christi agitur per 4^r septimanas ad signandum, quod est quadruplex aduentus filij dei &c.* Finit in *Chrysantho et Daria*. In *Germania* scriptum docet *Transfiguratio die Wandlung der gestalt gotcz.* 3) *Sermone* V. de *Passione, Resurrectione et Dedicatione*. 4) *Incipiunt decem Precepta secundum uetus et nouum testamentum.* Methodus tractandi haec est, ut primum natura cujusvis Praecepti explicetur, dein illustretur e veteri, tum e nouo Testamento, demum a figura unius e decem *Plagis Aegypti*. Initium: *De decem preceptis tractaturi in generali breuiter est docendum &c.* 5) *Tractatus de VII. Vitiis capitalibus et totidem obpositis Virtutibus* sub *Schemate* totidem *Adparitorum*